



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri  
Raymundi**

**Raimundus <de Pennaforti>**

**Colonie, 4.III. 1502**

**VD16 R 168**

Mulier i[n]honestas iue suspecta no[n] d[...]  
habitare i[n] domo  
sacerdot[is]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31223**



¶ Iste est tercius tractatus huius libri. in quo autor determinat de vita et honestate clericorum. Et diuidit in duas pres. In prima autor facit qd dicitur est. In secunda determinat de usura et ei<sup>9</sup> speciebus. Secunda ibi (Usure species) Prima adhuc in duas. primo facit qd dicitur est. Secundo determinat de symonia ibi (Si veda<sup>s</sup>) Prima adhuc in duas. primo facit qd dicitur est. secundo determinat de bellis principum. Secunda ibi (Si princeps) Prima adhuc in duas. nam primo facit qd dicitur est. Secundo determinat de rebus inuentis q sunt p dicitur. docet qd sic agendum circa istas. secunda ibi (Si bona) Prima adhuc in duas. nam primo facit qd dicitur est. secundo determinat de furibus. raptoribus. et malefactoribus. Secunda ibi (Fraude) Partes parebunt in processu. ¶ Quartum ad primam partem autor vult q in domibus sacerdotum non debent habitare persone suspecte vt sunt iuuenes mulieres. Et ratio est. qz homines haberent statim suspitionem de sacerdote super talibus personis iuuenibus. tamen mater et sorores. filii vel filie sororum pnt bene promorari ipsis. Deinde autor subdit ponendo duo documenta de vita et honestate clericorum. dicens q clerici siue sacerdotes debent egenis peregrinis et alijs pauperibus benefacere. p christi nomine ipsis elemosinas dando ipsos hospitando. ipsisqz verbis et auxilijs et alijs bonis opibus subueniendo. Subdit ulterius aliud documentum. q clerici et sacerdotes non debent adherere ludis. phibitis. nec debent esse manifesti lusores in alea. in globis. et in de cibus. i. tabillis. qz tales ludi phibiti sunt.

¶ Notandum primo. q autor phibet hic infra mulieres suspectas siue in honestas seruire siue morari in domibus sacerdotum. Pro q sciendum q mulieres sunt duplices. Nam qda sunt puere. qda extranee. Coniuncte sunt sanguinee et illas sacerdos potest habere in domo sua. Sz extranee sunt alie mulieres ipsis sacerdotibus non accinentes. mo pns infra intelligit de mulieribus extraneis ppter suspitionem collenda. Coniuncte mulieres sz duplices. nam qda sz puere mediate. et qda immediate. Immediate sz sanguinee. sz mediate sunt familiares ipsarum sanguinearum. mo mulieres immediate vt sanguinee pnt habitare cum sacerdotibus. sz mulieres puere mediate. vt sunt familiares ipsarum sanguinearum non possunt habitare cum sacerdotibus. De quo sanctus Augustinus. Quocumqz sororibus meis iuncte sz sorores mee non sz. Et ille familiares sz duplices. aut sunt satis annose. aut iuuenes. Si primu. tunc bene pnt sustineri in domibus sacerdotum. si secundu. tunc non debent sustineri. qz dicit Bernardus q calam<sup>9</sup> appositus igni facit incendit. Eo modo est de sacerdote. nam si sacerdos esset apud pulchram mulierem tunc cito calor luxurie in eo incenderet ab ea. ne ergo contingat phibetur eas esse in domibus sacerdotum. Vbi legitur in dialogo beati Gregorius pape. q fuit qda sacerdos q matrem suam p semitam duxit manu cooperta. tunc mater a filio qsiuit quare hoc faceret. Rndit sacerdos. mater mea tacet et spes mulieris decepit multos. ne ergo ex tactu mihi mala crescat cogitatio duco te manu cooperta. Vnde ex quo talis timuit mala in propria matre multo plus est timendum in alijs. Tres persone sanguinee sunt duplices. qdam sunt in linea descendenti. quedam in linea ascendenti. vt mater. auia. pauia et c. sed in linea descendenti sunt filia nepres et sic de alijs. mo hmoi mulieres non phibent vsqz ad quatuor gradum. qz de talibus non est mala suspitio. Sed alia est linea trasuersalis vel collateralis. vbi mulieres phibentur vsqz ad terciu vel quartu gradum.



## Summula Raymundi

**S**ecundo notandum circa primum documentum, auctor in textu innuit quod sacerdotes debent succurrere pauperibus. Et iura assignat rationem huius, quod sacerdotes viuunt de patrimonio christi, et ideo quoniam sacerdotes ordines accipiunt tunc manus eorum inunguntur oleo, quod pro oleum denotat quod debent esse misericordes et plus obligantur ad misericordiam quam alij homines. Unde legitur in canonica Johannis ca. ij. quod omne peccatum aut est ex cupiditate carnis, aut ex cupiditate oculorum, aut ex superbia vite. Cupiditas carnis est luxuria, cupiditas oculorum est auaritia, superbia vite est ipsa superbia. Et in istis homo peccat tripliter, scilicet in deum, in proximum, et in semetipsum. In deum peccat per superbiam, in proximum per auaritiam, in semetipsum per luxuriam. Et de istis peccatis potest homo faciliter satis facere per tria bona opera, scilicet per orationes, ieiunia, et elemosinas, quod homo peccans per superbiam potest satis facere per humiles orationes et deuotas. Secundo homo peccat per auaritiam in proximum, et huic peccato potest satis facere per largitionem elemosinarum subueniendo pauperibus. Tercio homo peccat per luxuriam in semetipsum, et huic peccato potest satis facere per ieiunia. Quod ad propositum merito sacerdotes hortantur ad bona opera, scilicet ad misericordiam ad dandum elemosinas, et sic de alijs, quod omnia que possident istis elemosine prestite in redemptionem animarum, et in ademptionem celestis curie, quod cum eis pure dant propter deum, quo ad vitam eorum, ideo illa quibus ad necessitates non indigent debent dare propter deum, scilicet pauperibus secularibus vel alijs sacerdotibus egenis et vite sustentationem non habentibus.

**U**ltimo notandum circa secundum documentum, quod sacerdotes non debent ludere. Pro quo sciendum, quod in aliquibus casibus potest ipsi sacerdotes licite ludere, scilicet pure causa recreationis, quod forte sacerdos fatigatus ex studio vel orationibus ad recreationem adipiscendam licite potest se in honestis ludis parum exercere.

**P**ro quo sciendum, quod ad ludum licitum requiruntur plura. Primo requiritur honestas personarum, et sic ipsi sacerdotes cum inhonestis hominibus non debent ludere, ut cum coniugio vel vulgo, nec etiam debent ludere cum mulieribus, quod hoc principaliter ipsis est inhibendum, ut patebit de circumstantiis ludi, de quibus dicetur infra. Secundo requiritur honestas instrumentorum, et ideo sacerdos cum globis et cum taxillis ludere non debet, ut manifeste de textus. Tercio requiritur honestas temporis, quod ludus non debet fieri in diebus celebribus et in noctibus, et omnes isti errant qui in nocte natiuitatis christi ludunt taxillis. Quarto requiritur honestas materiarum, scilicet quod ludant per vnam assaturam, vel cantro vini vel cereuisie, vel per parua et modica pecunia, et si ultra aliquis transgrediretur tunc ludus fieret illicitus. Quinto requiritur honestas morum, scilicet quod sine bene mouerati in ludo, ita quod iste ludus fiat in gaudio sine bello, sine rixa, sine inuidia, sine detractioe, sine fraude, et sine omni dolo. **U**nde notandum secundum theologos, ludus sacerdotibus ideo est prohibitus, et non solum sacerdotibus, imo omnibus christifidelibus, quod ibi percurrunt plura vicia. Primo ibi percurrunt auaritia in hoc quod habet desiderium lucrandi. Secundo percurrunt voluntas spoliandi, et sic aduenit rapina. Tercio percurrunt iura, quod proponit cum parua pecunia magna lucrari. Item ibi percurrunt mendacia et iuramenta que nocua sunt et prohibita, quod de scriptura, mens dicitur os necat animam, etiam scriptum est, neque iuraueris per celum neque per terram. Etiam ibi datur scandalum circumstantibus, et hoc fit contra prohibitionem ecclesie. Etiam ibi fit tempus omisso, quod isto tempore possent exercere bona opera, ideo propter ista que sepe queruntur ex ludo ipsis sacerdotibus et clericis ludus est prohibitus.